

¶ Sermo

a

¶ Sermo. xxvi. de euangelio.

Ecce ascendimus iherosolimam. In hac dominica incipit quinquagesima et terminatur in die resurrectionis. et signat perfectionem penitentie que subiicit quinq; sensus corporis de ceptis preceptis legis diuine. Unde legitur **Iosue** x. q. suspendit quinq; reges in patibulis. quod fit quando spiritus quinq; sensus: per quos caro regitur disponit arbitrio rationis. hic est annus iubilaeus. id est remissionum. de quo dominus ait **Leui**. xxv. **Sau**ctificabis annum quinquagesimum: et uocabis remissionem cunctis habitatoribus terre tue. In hoc anno terra sabbatizabat. et populus uacabat ceteris. clangebatur tubis. seruus hebreus manumittebatur. hereditas suo domino restaurabatur. hec oia per penitentiam fiunt in nobis. **Terra**. i. caro sabbatizat: quando eam carnalia desideria non fatigant. Unde **psa**. xliij. **Requiescere eam faciam humum suam.** Populus cuius uacat qui cogitationes et affectiones mentis spirituales delicias iam prelibant. Unde **psa**. xxv. **Faciet dominus in monte hoc conuiuium pinguium mellatoz. conuiuium uindemie delectate.** Primum conuiuium fit de castis cogitationibus in affectu. Secundum de cogitationibus rectis in intellectu. **Tubis** clangitur cum eterna tormentum uel premia in animo reuoluuntur et ex illoz euasione. et horum promissione laudes dno persoluuntur. Unde **psalmista**. **Ascendit deus in iubilatione. et dominus in uoce tube. quod**

tricesimus sextus

b

fit quando magnificatur deus a nobis in hilaritate cordis et confessione oris. **Seruus** hebreus manumittitur quando mens que iam ad concupiscentias spirituales transiit prae delectationi desinit subiugari. Unde **psa**. ciiii. **Quoniaz cessauit extractor: quieuit tributum. hereditas domino restauratur: quando ab exilio presentis uite in patriam felicitatis eterne anima introducitur.** Unde **exo**. xv. **Introduces eos et plantabis in monte hereditatis tue. hoc consequemur in fine quinquagesime per christum.** Sed quod non nisi per fidem. spem. et caritatem ad hec peruenitur. ideo in euangelio agitur de fide. et merito fidei. **In** introitu mille de spe et merito spei. **In** epistola de caritate et fructibus caritatis. que omnia deo attribuentes post epistolam canimus. **Tu es deus qui facis etc.** **Iuxta** illud **psa**. xxvi. **Omnia opera nostra operatus es domine in nobis. Et congrue hoc euangelium sequitur ad euangelium de semine. Nam qui in sexagesima semina uinunt: in quinquagesima colligunt fructum. Quid enim quesuit ceteris hodie: nisi ut lumine fruerecur. Fructus noster est intelligere et sentire beneficium dominice passionis.** **E**cce ascendimus iherosolimam etc. hoc euangelium sepe in ecclesia legitur quod maxime instituit fide. erigit spem accendit ad caritatem. **F**ide instituit in hoc quod ipse dno passione sua pre dicit. et uoluntaria ad locum passionis accessit. **N**am futura prescire et mori uelle non est hominis sed dei solius. **I**tem in cruce pendere et mori posse non est dei: sed hominis proprie. **et ita per hoc loco christus sit: deus et homo.**

k. i.